



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Capvt IV. Qui ad solvendas Decimas teneantur. Item an decimæ non  
solutæ possessorem prædii comitendur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

- illæ deferviebant alimentationi Leviticæ tribus; sicut & hodie exhibitioni Clericorum, ut antè dictum est.
- 11 Non dubium tamen est, quin veteris Testamenti præcepta (exceptis ceremonialibus, quæ præfigurabant Christi futura mysteria, ut est immolatio agni, circumcisio, & similia) turlus repeti, & in usum Christianorum traduci possunt per summum Pontificem, aut etiam per Principem Christianum, novâ lege latâ; quemadmodum multis locis videre est in Decretalibus, c. 1, de adult. c. 1, De furtis, c. 1, De homicid. c. 1, cum 4, seqq. De injur. sum alibi. Quæ tamen in usum revocata non tam veteris Testamenti erunt, quam novæ leges Ecclesiastice sive humanæ, upore novâ sanctione per Principem renovatæ & restituitæ, ut accidit & in decimis veteris Testamenti, quæ per Christi mortem abrogatæ, iterum a sacris Canonibus repetitæ sunt.
- 12 Quod verò diximus, Clericos novi Testamenti successisse in locum Leviticæ tribus, ex e. Translato sup. De constitutionib. non eum sensum habet, quæ etiam decimatum præceptum simul ad nostros Clericos transierit; sed quod per Christum cessaverit ministerium Leviticæ tribus, alio sacerdotio illi surrogato, abrogatisque legalibus præceptis.
- 13 Quare neque obstant loca novi Testamenti, supra adducta. Nam quod attinet ad illud Matthæi c. 23, *Vt vobis Scribis & Phariseis, &c.* eo quidem Christus comprobavit decimas, sed quatenus erant adhuc præcepti veteris Testamenti, quod tunc nondum per mortem Christi expiraverat. Ad illud verò, nisi abundaverit iustitia vestra quamvis id responderi posset, nondum per mortem Christi cessasse, tamen separatis, volunt Theologii, hoc ideo Christum dixisse, quod Scribæ & Pharisei tantummodo vacarent exterioribus of-
- ficiis præstandis, interiora autem negligenter gloriamque apud homines auctorarentur, neglegto Deo; item minima curarent, contemptis majoribus. Azor. Institut. Moral lib. 7, cap. 23, vers. in his igitur duabus. Quo loco etiam responderet ad illud Christi dictum, *Non veni solvere legem, sed adimplere:* quia Christus, quoad virxit, legem veteris Testamenti servavit, quæ divinitus erat data usque ad ejus mortem. Similiter responderet ad illud, *Redde quæ sunt Caſaris, Caſari, & quæ sunt Dei, Deo;* quod scilicet his verbis indicaverit Christus, tributa Principibus esse persolvenda; & Deo cultum, & honorem, & obsequium debitum itidem tribuendum. A populo Iſraëlitico veteris Testamenti ideo decimæ præstabantur, quod de iis exaret præceptum divinum: at verò de reddendis decimis nullum extat præceptum divinum, sed cœtum canonicum, ab Ecclesia institutum.
- Sed neque nos urgent loca juris Canonici, inc. 14  
Tua nobis & in e. Parochianos cum similib h. t. Nam illa exaudiri debent de divina lege veteris Testamenti, non de divina lege novi Testamenti, quæ nulla extat. Dicuntur nihilominus hodie decimæ juris divini, quod præcipue originem traherent ex lege divina veteris Testamenti, quam secuta Ecclesia Christiana easdem decimas novâ sanctione restituit; & sic idem nomen adhuc sibi retinent.
- Quod accedit, quod & Augustinus, Hieronymus, aliqui Patres doctrinâ & sanctitate illustres, in adstruendis decimis passim utancur testimoniis veteris Testamenti, ut ostendant scilicet, Ecclesiam ejusque Principes legem à Deo Iſraëlitis datam imitatos fuisse. Covari lib. 1, variar. resolut. cap. 17, num. 2, vers. & prater has rationes. Ex quibus facile quoque respondere est ad decreta Conc. Trid. suprà a nobis recitatum.

## C A P V T I V,

Qui ad solvendas Decimas teneantur. Item an decimæ non solutæ possessorem prædii comitentur.

## S U M M A R I A.

1. Quilibet ad præstandas decimas tenetur.
  2. Onus decimarum sequitur fructus à solo separatis.
  3. Decima non solute an sequantur possessorem prædii?
  4. Conciliatio I. Imperatores D. De publican, &c.
1. & l. 2. C. Sine censu, &c.  
 5. 8. Sententia Panorm. refutata.  
 6. Item Ioannis Andreae.  
 7. Decima cur tributa agentium agim arum.  
 9. Ad decimas prædiles tenentur & Isidai, Religiosi &c.

10. Personales decima onerant tanum personas.  
 11. Meretrices & similes an ad personales decimas teneantur  
 12. D. Thome distinctio personarum, quoad restitutio-  
 nem in honeste que siorum.

**C**onstitutissimi juris regula est, quemlibet, cuiuscumque generis, ordinis, vel gradus, teneri ad functionem decimarum, c. Ex transmissa 23, cum c. seq. e Nuncios 6, & passim h. i. adeo ut ne quidem Imperator de non solvendis decimis alicui gratiam facere possit, c. Tua 15, eod. Easque obtinet praeferit in praedialibus decimis, quas Deus in signum universalis dominionis sibi reservavit in usum Clericorum, ut loquitur textus in cap. Tua nobis 26, eod. iit.

2. Ut hinc fructus praediorum à solo separati onere decimarum affecti cantur, hoc est, ut, ad quemcumque fructus trahentes, eos comiteret & decimandi jus, c. Cum homines 7 sc. Pastorali 28 versus fructus, & c. Cum non sit 33, h. i. Unde & in ecclesiis praedictis non domini praediorum, sed eorum conductores convenientur decimarum nomine, c. Dilecti 8, c. A nobis 24, & d. cap. Tua nobis h. i. Si quidem res cum suo onere transit ad alium, & cap. Cum non sit, & d. cap. Pastorali, c. Ex literis De pignor. & l. Alienatio 67, D. De contrah. empt.

3. Unde ex his facilis responsio est ad hanc questionem, utrum decimæ praediales non soluta sequantur posse fore praediis. Finge Titium fendi sui decimas non soluisse, & postea eumdem fundum transstulisse in Mærium; hic igitur questionis est, utrum Mævius decimas ejusdem fundi ante non solutas Ecclesiæ inserere cogatur? Nam certum est, solummodo Titium cogendum esse, propter fructus fundi à se perceptos, non vero Mævium, ad quem fructus non pervenerunt. Quare, si fructus apud Titium adhuc extant, recte & convenienter conditione ex canone, quo, scilicet, decimæ introductæ sunt, arg. Iun. D. De condit. ex lege; aut si consumpti sint, conditione sine causa vel inusta causa, l. 3, c. De condit. ex lege.

4. Nec his refragatur textus in l. Imperatores 7, D. De publican. in l. 2, & l. 3, C. Sine censu vel reliquo &c. quibus locis possessores fundi tributariori convenientur, etiam quoad tributa ante non soluta. Verba d. l. Imperatores hæc sunt: Imperatores Antonius & Verus rescriperunt, in vestigatis ipsa prædia, non personas conveniri; & ideo possessores etiam prætorii temporis vestigat solvere debere. Nam alia hujus rei ratio est, quod fundi affecti sunt onere rectigalium sive

tributorum ex dispositione juris; acque idcirco cum eodem onere transiunt in novum possessorum, juxta d. l. Alienatio, cum similib. At decimæ non ipsos fundos afficiunt, sed tantummodò fructus, ut antè probatum est.

¶ Licet huic sententiæ adversetur Panormit. in d. cap. Cum homines 8, num. 6, h. iit. existimans potius novum possesorem conveniri oportere. Motetur per text. in d. cap. Tua nobis 26, hoc iit. ubi decimæ vocantur tributa egenorum animalium: at in tributo receptum est, quod afferiat ipsos fundos, d. l. Imperatores. Verum ipse text in d. cap. Tua nobis contrarium magis inquit, dum his verbis uitetur: Et cùm de cunctis omnino præventibus decimæ sint reddenda, sicut colonus de parte fructuum, qui fibi remaneratione cultura, si & dominus de portione, quam percepit ratione terra, decimam reddere sine diminutione tenetur. Ecce colonus partarius, pro parte fructuum à se perceptorum, ad functionem decimarum revocatur, non solus dominus ratione dominii; quod certè fieri, si Panormit. sequeremur. Ignoramus decimæ solos fructus afficiunt, non fundum. Idem liquet ex c. Cum non sit 33, eod. iit. Statuimus, inquit text. ut in prærogativam dominii generalis, exactiōnem tributorum & censum præcedat solutio decimæ, vel saltē hi, ad quos census & tributa indecimas pervenient (quoniam res cum onere suo transferit) eam per censuram Ecclesiæ sicut decimam cognitur Ecclesiæ, quibus de jure debentur.

Vide quidem Joan. Andri. in d. c. Cum homines 6 num. 6, in ea esse sententia, quod putet arbitriatum esse Ecclesia, utrum convenire velit, novum vel antiquum possesorem praediis; idque & communiter sentiunt Dd. teste ibid. Joan. Anna. Sed mihi minimè probatur, adeo ut ne quidem in subiectum ad novum possesorem recurrī possit; quia, ut dixi, decimæ onus sunt fructuum, non praediorum; atque idcirco a quitatu non convenit, ut alter alterius odio pragaverit, c. Non debet 22, De R. l. in 6, Neque factum venditoris nocere debet imperio, l. E. cum cuique D. De R. l.

Sed occurrit, & tributa solvi ex fructibus, cum & horum onus sint, l. Neque stipendium, 13, D. De impensis in rebus fact. ubi ita Paulus l. C. Neque stipendium, neque tributum ob dotalium fundum prestita exigere vir à muliere potest; onus enim fructuum hec impendia sunt. Verum hoc accidit, quia vir ipse simul possessor dotalis fundi erat, & omnes ejus committates recuperat: unde mirum non est, si & tributorum onus ad eum quoque spectaverit: si quidem & fundus tributariorum tacite fisco obligatus

tus fuerat, l. i. C. Si proprius publ. pensit. & l. Inter 42,  
D. De partibus. At vero prædia decumarum nomine  
nullo pignoris jure obligata sunt illis, quibus  
decimæ debentur, sed tantummodo fructus, ut  
haec tenuis comprobatum est.

- 7 Quod verò decimæ in d. cap. Tua nobis tributa  
egeatum animarum vocentur , id non propriè  
fit, sed latiore significacione, prout tributum ac  
cipitur pro quavis datione vel cessione , inspeçà  
scilicet notione verbi tribuo , cuius supinum est  
tributum. Nam & dicimus tribuere beneficium,  
I In commodato 17. § sicut D. Commod. actionem, ve  
nient. L. 2. § pervenisse D. De hered vel att. vend. L. Di  
vus 15. § matri D. Adl. Corn de falso cum similis. Item  
rectè dicimus, ia tributum vere, id est, contri  
butionem, l. 4. D. Ad L. Rhod de jactu. Itaque de  
cimæ dicuntur tributa animarum egenitum,  
quod degentibus animabus, à Clericis recipien  
tibus eas, contribuenda sive communicanda fiat:  
quamvis propriis dixerimus eas esse tributa Dei,  
quod in signum universalis dominii Deo refel  
vatæ sint, in usum Clericorum, tum etiam paupe  
rum, d. cap. Tua nobis, & d. cap. Cum non sit hoc t.  
8 Nec quoque impedit c. Cum in aliquibus 2. cod.  
cui & innititur Panorm. dum textus his verbis u  
titur : Statuimus , ut domini talibus personis & taliter  
sua præmia excolenda committant, quod absque contradi  
ctione Ecclesie decimas cum integratæ perfolvant. Nam  
hic text. nihil juvat sententiam Panorm. sed po  
tius eam evertit. Ad quid enim conductorum me  
mori textus , nisi quod ab iis decimæ fructuum  
pendi debeant, non à dominis, à quibus elocata  
sunt præmia?  
9 Quo etiam sit, ut, cum prædiales decima sint  
onus fructuum à solo separatorum (nam penden  
tes fructus fundi pars censentur, l. Fructus penden  
tes 4. D. Derei vind.) rectè quoque Judæi ad eas  
præstandas convenientur, c. De terris 6. h. t. Item  
Religiosi licet exempti sint, cap. 2. § pen. eod. lib. 6  
Item Reges, Principes, aliique cujuscumque sta  
tus aut generis, ad quos fructus prædiorum per  
veniunt, nisi privilegio summi Pontificis, vel alio  
jure se exemptos doceant, cap. Anobis 24. h. tit. de  
quibus ex professo inf. c. 17.  
10 Sed quid de personalibus decimis? Hæ tantum  
personas onerant, non res. Joan. Andri sup. cit loco  
per text. in l. 1. §. Sibaves D. AdSC Trebel.  
11 Illud quæsiūcum est , An meretrix ex questu  
corporis sui decimas præstare tenetur? Similis  
questio est de nimis & morionibus. Ethos om

nes non teneri, sicut videtur probare textus in c. Ex transmissa 2.3. b. t. Cujus verba haec sunt: Quia fide-  
li homo de omnibus, qua licet potest adquirere, decimas  
erogare tenetur. Ergo a contrario sensu (qui utro-  
que jure receptus est, c. Cum Apostolica 7. inf. De his  
qua sunt a Pratis & l. i., vers non aliter D. De officio  
eius cui mand. est juris d.) quæ illicite acquisivit,  
ex iis decimas erogare non tenetur. Confirmat  
hanc sententiam can. Non est putanda I. q. 1, que  
prohibetur Deus honorari ex rebus illicite acqui-  
sitis, ubi & allegatur locus Proverb. cap. 22. Ho-  
stia impiorum abominabilis, que offeruntur ex scelere Ac-  
Deo. Et eruntur deinceps in exhibitionem Cleri-  
corum, propter cultum ipsius, d. cap. Tu nolis 26.  
circumdat h. sit. Accedit argumentum desumptum  
ex l. 2. b. 3. & l finali D. De condit. ob turp. caus. qui-  
bus locis judex ad restitutionem compellitur e-  
jus, quod accepit, ut recte judicaret: nec aon  
depositarius & commodatus, ut depositum  
vel commodatum domino redderet. Similiter &  
is, qui ne sacrilegium, homicidium, vel aliud cri-  
men committeret, aliquid eo nomine accepit. Hi  
itaque, & similes, cum ad restitutionem tenean-  
tur ejus, quod receperunt, non quidem ex scelere  
sive delicto, sed quod gratis & ex necessitate offi-  
cii facere tenebantur, multo magis illi, qui deli-  
cti committendi causa quid acceperunt. Non ini-  
gitur meretrix ex quaestu corporis sui decimas in-  
ferre cogitur, sed potius ad restitutionem ejus,  
quod accepit, tenetur. Attamen D. Thom. io 2.2  
q. 87, art. 2, io resp. ad 1, argum. rectius putat,  
meretricem, minime motionem, ad decimarum  
præstationem convexipit posse; eo quod ad resti-  
tutionem eorum, quæ professione suâ acquisiver-  
runt, minime obligentur: secus verò est in furi-  
bus, raptoribus & usurariis. D. Thomam suis ver-  
bis audiamus.

*Ad secundum, inquit, dicendum, quod aliqua male  
acquiruntur dupliciter: uno modo, quia ipsa acquisitione  
est injusta, puta, quia acquiruntur per rapinam, rabi-  
tur, aut usuram; que homo tenetur restituere, non  
autem de eis decimas dare; tamen si aliquis ager sit emp-  
tus de usura, de fructu eius tenetur usurarios decimas  
dare, quia fructus illi non sunt ex usura, sed ex Dei mu-  
nere. Quod adam vero accipitur male acquisita, quia ac-  
quiruntur ex turpi causa, sicut de meretricio & histrione atque  
& alijs huijs modi, que non tenentur decimas dare, secun-  
dum modum aliarum personalium decimarum. Subdic-  
tamen ibid. D. Th. inquit, tamen Ecclesia non debet  
eas recipere, quamdam sunt in peccato: ne videatur*

corum peccatis communicare, sed postquam paenitentia possunt ab iis de his recipi decima. Idem tradit Dominicus Soto sup citato loco, ex sententia, ut videtur, ejusdem D Th. admonens, D. Thomam loqui secundum sui temporis regionisque morem, quo personales decimæ profus in usu erant. Iam vero, addit Soto, nullibi, quod audiorum, ejusdem perstat decimarum observatio. Interim sententia D. Thomæ juri convenit, & responsu Ulpiani confirmatur in L. 4, § sed quod meretur D. De condic. ob. surp. causam, & in l. Affectionis 5, D. De donationib. Prioro responsu ita loquitur Ulpian. Sed & quod meretrice datur, repetit non potest, ut Labeo & Marcellus scribunt, sed novatione, non ea quæ urbis turpitudine veratur, sed solius dantur: illam enim turpiter facere, quod si meretrice non turpiter accipere, cum sit meretrice. Posteriori responsu his verbis idem Ulpian. Affectionis gratia neque honesta neque inhonesta donationes sunt prohibita: honesta erga bene merentes amicos vel necessarios, inhonestæ circa meretrices. Idem judicium est de misericordiis, motionibus & parasitis, de quibus latius consule Did. Covarr. in cap. Peccatum De reg. jur. lib.

6, p. 2, §. 2. Quare non obstant text. ind. c Ex transmissa. & ind. c Non est putanda: nam hi referendi sunt ad alterum caput bonorum, quæ restitutio subjacent, sicut ex D. Thoma & Soto jam explicavimus.

Argumenta vero deducta ext. 1, l. 3, l. ult. D. De condic. ob. surp. caus. nonnihil quidem nos commovet, sed tamen recte eis occurritur: quod dictis legibus ideo restitutio fieri jubeatur, quod si, qui dat judicii, ut secundum se in bona causa pronunciet, vel ut commodatarius sive depositarius rem reddat, ipse dans timore ductus id faciat, ne justam alioquin causam amittat, aut res sua commoda vel deposita supprimatur, aut aliud avertatur: & id quidem faciat in mercedem operæ, quæ alioquin à recipiente erat gratis praestanda. Quod non est in meretrice, mimo, morione, qui non coguntur gratis suam professionem exercere. Vide quæ fusiū de hac retrahant Navar. in Manuali c. 17, num. 31, cum seqq. & Greg. de Valent. tomo 2, Comment. Theol. diff. 3. q. 9. & diff. 5. q. 6, puncto 4. &c.

## C A P V T V.

Vtrum pauperes ad decimatum præstationem teneantur.

## S U M M A R I A.

1. Pauperes ad decimas anteneantur.
2. Decime tributa agentium animarum.
3. Regula, Dolo facit, qui petit &c. explicata.

**Q**uæ situm est, an is ad præstandas decimas obligatus sit, qui ex prædiis suis non nisi sibi & familiæ sua necessaria colligit. Et certius est, obligatum esse, per ea, quæ superiori Cap. disseruimus. Si quidem debitò obtenuit in opere sua non liberatur ab obligatione; imò, si ita res ferat, in carcere derrudunt, nisi cesserit bonis suis, l. 1, & quæ ibi tradunt Dd. C. Qui bon. ced. poss. Sed in decimis id multo magis obtinet, quod Ecclesia, cui debentur, jus habeat in rem, hoc est, in ipsos fructus collectos, ut supra proximo Cap. demonstravimus. Adeoque Ecclesia ipsa, si debitorum decimatum suspectum haberet, potest ipsi inhibere, ne se absente, vel alias suo nomine fructus colligat vel exportet. Specul. in tit. de decimis num. 12, Guido Papa q. 183, & additio q. 433, in deois Tholos arg. l. 2, ibi, sub affilio etiam Curialium, C.

Quando & quib. quarta pars deb. lib. 10, l. Si sufficit. 29, D. De in off. testam l. Nam ita divisus 39, D. Dead. opt l. De unoquoque 47, D. De re judic. &c. 2, De procurat. in 6, Idque hanc rationem habet, quod ubi alterius præjudicium vertitur, semper vocandus sitis, cujus interest, aucta saltu ipse licite interesse potest, jam DD. jurib. nonvero ob eam rationem, quam communis culturalii, quod scilicet decimæ sunt pars fructuum, ergo & fundi, quia fructus sunt pars fundi, l. Fructus 13, D. Derivatio die, nam falsa hæc ratio est & ejus consecutio. Decimæ quidem sunt pars fructuum, sed à solo separatore, ut ante cap. 4, comprobavimus: non igitur pars fundi sunt, quia acc. fructus separati amplius fundi pars sunt, sed soli fructus pendentes pars fundi censemur, l. Fructus 44, D. eod. Necessaria in hac re interest, quibus debentur decimæ, probatae improbatæ vitæ sint; divites au pauperes; nec enim ideo creditoris jus minitur, cap. Tua nobis 16, vers. prætextu. tit. Facit elegans rex. tis in can. Forte xiv q. 5, ubi ita Augustinus: Forte aliquis hoc secum cogitat, & dicit: multi sunt Christiani divites, avari, cupidi, non habebo peccatum, si suum illuc abstulerem.